

485 Disp.XIV. Part.II. de natura spec:sensib. 486

Tertio.

Tertio : Turris opposita huic fenestra producit sui species in hoc cubiculo, non quidem in toto cubiculo, sed in ea tantum parte, qua respicit fenestram, at si species mediae producent ultimas species correspondentes fenestrae, & ab ipsa turri cautele producerent alias versus omnem circumferentiam cubiculi, id est que versus latera cubiculi, sicut ex lateribus cubiculi posset videri turris, attamen solutimmodi videatur beneficium specierum correspondentium ipsi fenestrae, & ab eo solùm loco ipsi parieti correspondente.

Obje.

Obiecties tamen : Agens naturale prius agit in unam partem, deinde mediante illa parte in aliam, sicut de ceteris v.g. ignis producit calorem in aere sibi vicino : deinde calor productus in aere vicino aliud calorem in aere subsequenti, sicut subsequenter, vnde ultimus calor productus non dicitur immediate prouenire ab igne, sed tantum mediatae, & ita loquendum erit de speciebus sensibilibus.

Repon.

Respondeo agentia naturalia per actionem Physicam agere modo prædicto, vt dictum est de igne producente calorem: at id nego de agentibus naturalibus per actionem intentionalem, & diminutam, nam cum terminus ab illis productus sit diminutissima entitas, non poterit producere aliud sibi similem terminum.

Explicatio amplius resolutio.

Producunt ergo species intentionales immeditate à suis obiectis tanquam à causa efficiente; educunt verò de potentia sui obiecti v.g. species omnes huius cathedrae educuntur de potentia aëris existentis in hoc cubiculo, & illa species, qua recipiuntur in ipsa potentia visiva, educuntur de ipso potentia visiva organo, sicut se habent in sua educatione, sicut se habent formæ accidentales Physicae, vel sicut formæ substantiales Physicae educuntur de potentia materiæ primæ, ita & accidentales formæ ex potentia sui subiecti, species autem intentionales sunt formæ quædam accidentales diminuta, habentque modum educationis, quem ceteræ formæ accidentales habent; modus tamen productionis earum est diversus; nam in visu, seu species visuale producuntur in instanti: item & lucem producuntur in instanti; in alijs verò sensibus non ita subito producuntur species, vnde experientia constat, quod oculus prius videat per cushionem, quam potentia auditiva percipiat sonum, indeque fit, vt multò prius percipiat fulgur, quam tonitru, vnde etiam infertur, quod quando multum ante percipimus fulgur, quam audiamus tonitru, signum est illud Meteorum esse à nobis valde distans, nihilque esse periculis quoad eius casum; quia illa materia etiam si frangeret nubem, & descenderebat, attamen propter nimium ad terras spatium consumeretur, sicut que nullo modo timenda huiusmodi fulmina, seu ignita tonitrua è nubibus cadentia.

Circa tertiam difficultatem de conseruatione specierum sensibilium tenet Buridanus secundo de anima quest. 21. species sensibiles, absente obiecto, naturaliter aliquamdiu durare posse: at Gabriel Biel in secundo discept. 3. quest. 2. putat, nequidem diuinus fieri posse.

DECISIO TERTIA.

*R*esolutio. Species non possunt conseruari, nisi ad sui obiecti praesentiam naturaliter, quamvis supernaturaliter id fieri possit: Prima pars resolutionis probatur primo: Quod pendet in esse, & conseruari ab alio, non potest permanere sine illo: sed species sensibiles dependent in esse, & conseruari ab obiecto, ergo non possunt esse sine illo: quod dependeat in conseruari experientia constat, nam si quis inter parietem, & potentiam visivam interponat aliquod corpus opacum, certum est, quod illa potentia visiva non sit visura parietem, & tamen ante interpolationem corporis opaci erant species diffusa visus, quod potentiā visuā, qua species per interpolationem corporis opaci statim perirent ex eo, quod illud corpus opacum impedit dependentiam illarum specierum ab obiecto, ergo in conseruari ab obiecto dependent.

Probatur secundo. Nisi species à suo obiecto dependenter in conseruari, remoto obiecto, beneficio specierum remanentium elongatum obiectum ita videretur, & ita distans, ac si non esset elongatum; quia illa remanentes repräsentarent obiectum in eadem distantiā, in qua erat, quando producta sunt, attamen supponimus postea illud fuisse elongatum.

*S*econda assertio pars probatur contra Gabrielem: Illud Deus potest facere, & conseruare se solo, quod probat cum causis secundis: sed Deus efficit, & conseruat species, vt causa prima cum obiecto se habente vt causa secunda, ergo eas potest se solo efficiere, & conseruare.

Confirmatur: Quia Deus supplet, quidquid præstat causa secunda efficiens; nam licet non possit supplere concursum causæ materialis, & formalis, potest tamen supplere concursum causæ efficientis, & finalis, quia sunt causa extinse.

Probatur secundo: Deus potest facere in nobis, quod de facto præstis in Angelis secundum communem Theologiam: sed de facto dedit Angelis species, easque conseruat, quarum specierum obiectum sape non est existens, ergo & nunc potest idem facere circa species sensibiles, quod præstis circa ipsas in Angelis intelligibiles.

Obiecties tamen primo: In hoc differunt sensus externi ab internis, quod interni ad suorum specierum conseruationem non egant praesentiam obiecti, at verò externi indigent.

Respondeo quidem in hoc naturaliter differe, non tamen impedit, quin supernaturaliter in hoc conueniant, quod conseruent species tam externi, quam interni etiam remoto obiecto, vnde illa differentia sensuum exterorum, aut internum non est essentialis, vel intrinseca, sed extrinseca.

Obiecties secundo: Si species possint conseruari absque praesentiam obiecti, sequentur varia incommoda, cuiusmodi sunt v.g. quod mel Romanæ existens posset gustari Parisijs, quod cecilia à nobis existentibus in terra posset tangi, & quod absque cibis possemus nutriti, nempe applicando potentia gustativa species colorum absque substantia ciborum.

Respon-

Num. 4.
Non sufficiens
conseruari
species sensi-
biles sine sua
obiecto nisi
supernaturaliter.
Primum.

Secondo.

Secunda af-
fertio pars
probatur.

Confirm.

Prob. secunda

do.

Obiectio
da.